

A. J. Retzius  
Primaæ lineæ  
Pharmacæ ...  
Göttingen, 1771

Freiheit in Bildung

EX LIBRIS



Dr. Helmut Bester


Dv 286

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK

- Medizinische Abt. -

DÜSSELDORF

V1013



PRIMAE LINEAE  
PHARMACIAE

IN VSVM PRAELECTIONVM

SVECICO IDIOMATE

EDITAE

A B

ANDREA IOANNE RETZIO

CHEM. ET HIST. NAT. IN ACAD. LOND.

GOTH. DOCT.


IAM LATINE CONVERSÆ.



GOTTINGAE,

APVD IO. CHR. DIETERICH.

MDCCLXXI.



PRAEFAMEN  
AD  
EDITIONEM LATINAM.


**N**on alium finem sibi proposuit, qui hanc versionem sub inopia compendiorum pharmaceuticorum, qua laboramus, adornauit, quam ipse epitomes auctor, qui ea instar breuiarii praelectionum vti voluit. In eiusmodi generis libris noua inuenta non est, vt quaeramus, nec adeo graue vitium censetur, si ob breuitatem iniunctam quaedam argumenta laxius in iis pertractentur, quum doctoris scientia, dum in epitomen commentetur, suppleri, quae desint, queant, corrigique, quae lima adhuc indigere videantur. Id vero commodi hic libellus habet, quod et de generalibus pharmaciae praeceptis, et cuiuslibet encheiresis et praeparatorum clasfis modo rationeque laboris, differendi

)**2** ansam

PRAEFAMEN.

ansam praebeat, et apta loca aperiat,  
quibus de specialibus præparatis, in  
pharmacopoliis obuiis, iudicium fer-  
ri possit. Quae vt plenius recensem-  
antur, non ad ea modo præparata  
subsistere in präelectionibus conue-  
nit, quae exemplorum instar cl. a.  
indicauit, sed et ex primariis Dispens-  
atoriis pharmaceuticis et practicis  
libris formulas, vsu suo probatiores  
frequentiusque præscribi solitas, ad-  
dere oportet. Idque videtur ex eius-  
modi epitomes norma commodius  
fieri posse, quam si, necessitate ducti,  
Dispensatorium quoddam pro filo  
eligimus, quod, qualecunque sit, ge-  
neralium artis præceptorum nullam  
plane rationem habet, specialium ve-  
ro formularum vel numerosas, ob  
farraginem et inconcinnam compo-  
sitionem obliuioni et contemptui iam  
datas, recipit, vel alias bene multas,  
vtut celebratas, haud sine insigni  
praxeos medicae damno, silentio  
transit

PRIMAE



PRIMAE LINEAE  
PHARMACIAE.

SECTIO I.

CAP. I.

DE PHARMACIA IN  
VNIVERSVM.

§. 1.

**P**harma<sup>s</sup>ia siue *Pharmaceutice* est  
scientia practica, quae medicina-  
mentorum cognitione, selectu  
praeparatione et compositione  
occupatur.

A

§. 2.

## §. 2.

*Medicamentum* dicitur quicquid in corpore aegroto mutationem salubrem producit.

## §. 3.

*Cognitio medicamentorum triplex est, historica, chemica et therapeutica.* Prima et secunda tantum ad Pharmaciam pertinet.

## §. 4.

*Selectus medicamentorum nititur eorum cognitione, quae ex historia naturali et chemia peti debet.*

## §. 5.

Eorum vero *praeparatio et compositio* chemiae in integrum superstruitur.

## §. 6.

Historiae naturalis igitur et chemiae penitior notitia fulcrum solidioris Pharmaciae est.

## §. 7.

Historica cognitio ex monumentis principum in scientia naturali virorum, LINNEI, WALLERII, CRONSTEDTII rel. et itinerariis hauritur. De partibus quodlibet remedium constituentibus egerunt

egerunt NEVMANNVS et ZIMMER-  
MANNVS in Chemia, et CARTHES-  
EVSVS in suo de materia medica libro. In  
doctrina de encheiresibus et praeparatio-  
nibus variis duces sese praebent fidos cl. CARTHESIE RVS (Pharmacologia),  
BAVMÉ (Elemēns de Pharmacie), WAL-  
LERIVS (Chemia physica), MACKE-  
RVS (Chemie), SPIELMANNVS (Insti-  
tutiones), et BOERHAAVIVS (Elemen-  
ta); quibus accedunt auctores complurium  
minorum scriptionum, et praeſentis docto-  
ris institutio.

## CAP. 2.

DE INSTRUMENTIS  
PHARMACEVTICIS.

§. 8.

**A**dumenta ista, quae ad remediorum  
praeparationem et compositionem ad-  
hibentur, *instrumentorum* nomen habent.  
Haec vel ip̄a vim quandam exercent (In-  
strumenta actiua), vel alienam ferunt (In-  
strumenta passiua).

A 2

§. 9.

SECTIO I. CAP. 2.

§. 9.

*Instrumenta actiua* dicta actionem exercent partim propria potentia, partim aliis cuiusdam corporis auxilio. Vtique casu requiritur corporis, quod patitur, reactio. Per *instrumenta passiva* intelligimus omnia ista mechanica, quae ad encheireses perficiendas requiruntur et adhibita sunt.

§. 10.

Ad instrumenta actiua referuntur *sensus externi*, *vis attrahendi*, *aer*, *ignis*, *frigus*, *menstrua*, *praecepsititia* et *reagentia*.

§. 11.

*Sensus externi* huc quidem quodammodo pertinent, sed nullam mutationem manifestam in corpora producunt.

§. 12.

*Vis attrahendi* vocatur ista corporum potestas, qua illa non solum inter se se vniuntur, sed in isto quoque nexu manent, etiamsi nullum externum auxilium accedit. Hacce igitur ratio corporum compositionis, miscelae, solutionis etc. continetur.

§. 13.

DE INSTRUMENTIS PHARMACEUTICIS. 5

§. 13.

*Aer* expandi sese patitur, simulque alia corpora expandit. Aufert quasdam particulas, aliasque aliis corporibus impertit, ignem fuscitat, multumque ad plerasque operationes confert.

§. 14.

*Ignis*, qui in rapidissimo motu consistere videtur, alitur materie varia inflammabili, augetur vehementia sua per aërem, excitat calorem, expandit corpora eaque exagitat, vnit, disiungit, mutat destruitque.

§. 15.

*Frigoris* vera natura nos quidem hucusque latet, sed id scimus, illud compingere corpora et in minus volumen contrahere, quin saepe ea omni motu priuare.

§. 16.

*Menstrua* soluunt corpora simulque ipsa soluuntur. *Sicca* ista vel sunt, vel *fluida*.

§. 17.

Ad *sicca* menstrua referimus salia, sulphur, sapones, metalla, semimetalla, et terras.

A 3

§. 18.

## §. 18.

*Inter fluida menstrua aqua primum locum occupat, quippe quae non solum ipsa multa corpora soluit, sed et reliquorum compositionem ingreditur, prout vegetabilium succos, aceta, acida mineralia pura, commixta et dulcia facta, olea pinguis, olea essentialia, spiritus inflammabiles, spiritus alcalinos, vina, tincturas, lixiuia, solutiones saponaceas, mucilagineas, rel.*

## §. 19.

*Praecipitantia vocantur ista auxilia, quorum ope corpus solutum a menstruo suo diuellitur.*

## §. 20.

*Reagentia dicuntur, quorum additamento partes miscelae cuiusdam per coloris, odoris, saporis et compagis, mutationem fere manifestant.*

## §. 21.

*Instrumentis passuis accensemus vasa, fornaces, luta, et instrumenta proprie sic dicta.*

## §. 22.

*Vasis excipiuntur medicamenta tam sub ipsa praeparatione, quam hac peracta. Visitissima sunt:*

*Retortae*

*Retortae* (Retorten) variae ex ferro, argilla non vitrescibili, vitro; tubulatae.

*Cucurbitae* (Kolben) vitreae, recipientia, excipula, phialae.

*Alembici* (Helme) ex stanno, cupro, vitro, rostro vel instruicti vel hocce destituti, qui *aluduli s. alembici coeci* vocantur.

*Vesica destillatoria* (Destillirblase) ex cupro, stanno probe obducta et suo alembico tecta, vna cum *refrigeratorio* (Kühlfaß) et *canali stanpeo*.

*Patinae evaporatoriae* (Evaporirschalen).

*Ahena* ex stanno, vel cupro stanno obducta.

*Ollae* ex ferro, lapide ollari, argilla non vitrescibili.

*Crucibula s. tigilla* (Schmelztiegel).

*Conus fusorius* (Giesbuckel).

*Papini digestor.*

*Pyxides* (Krucken) vitreae, murrhinae, argillaceae.

*Lagenae* (Flaschen) vitreae, variae figurae.

*Scatulae* (Dosen) ligneae.

*Scrinia* (Laden).

## §. 23.

*Fornaces s. furni* machinae sunt, in ignis administrationem et faciliorem applicacionem constructae. Huc pertinent:

- Furnus catinorum arenae* (Sandcapeil).
- Balneum Mariae* (Wasserbad).
- Balneum vaporis* (Dampfbad).
- Furnus anemius portatilis* (Windofen).
- Furnus fusorius* (Schmelzofen).
- Furnus reuerberius* (Reverberirofen),
- Furnus vesicae* (Destillirofen).

## §. 24.

Reliqua *Instrumenta pharmaceutica* sunt:

*Bilances* (Waagschalen), magnitudinis variae.

*Mortaria ex aurichalco, ferro, marmore, lapide serpentino, vitro; quorum, quae fundum planiorem habent, patinae trituratoriae* (Reibschalen) dicuntur.

*Porphyrum cum cursore* (Reibstein mit Läufer).

*Limae et Scobinae* (Feile und Raspeisen).

*Cribra*

**DE INSTRUMENTIS PHARMACEUTICIS.** 9

*Cribra* (Siebe) ex tela sericea (Flor) siue  
alia rarioris contextus (Haartuch).

*Perforatum* (Durchschlag).

*Infundibula* ex vitro et lamina ferrea,  
stanno obducta.

*Vitra hypoleptica* (Scheidetrichter).

*Cola* et *filtra* (Seihtücher und Seih-  
papier).

*Prelum* (Presse).

*Annuli ferrei* (Sprengeisen), qui cande-  
facti vitrum scindunt.

*Batilla* (Feuerschaufeln).

*Forcipes* (Feuerzangen, Tiegelzangen).

*Cochlear despumatorium* (Schaumlöffel).

*Spathulae* (Spatheln), ligneae, ferreae,  
argenteae.

*Modulus pro lapide infernali.*

*Tabulae incisoriae cum cultris* (Schneide-  
brett).

*Suffentacula* (Seihtuchhalter).

*Circuli straminei* (Strohkränze).

*Mensura pilularis* (Pillenmaas).

*Scatula deauratoria* (Dose zum Ueberzie-  
hen der Pillen).

§. 25.

*Lutum* vocatur quicquid rimis, iuncturis et orificiis vasorum obturandis, vti et vasis retortis obducendis, inferuit.

Ad obserandas cucurbitas sub ipsa digestione sufficit vesicam suillam madidam oriticio sollerter alligare, eandemque acu perforare. Eodem adminiculo claudi possunt rimae vitrorum, quae calori moderatiori exponuntur. Ad coercendos vapores sub destillationibus ex catino vel vesica, conuenit pastam ex farina et aqua vel cerevisia, chartae illitam, iuncturis imponere, et supra hanc strias ex vesica suilla vel bouilla alligare.

Si vero destillatio igne vehementiori vel aperto perficitur: miscela ex bolo, calce viua et albumine ouorum siue oleo lini, usurpatur.

Vasa retorta, quae ignis aperti vim perferre debent, lorica antea obducenda sunt (Loricatio). Haec optime paratur ex 10 partibus argillae non vitrescibilis in puluerem redactae et cibratae et 2 partibus lithargyrii, quae pilis vaccinis concisis, sanguine bouillo et aqua commiscentur.

CAP. 3.

### CAP. 3.


#### DE CHARACTERIBVS PHARMACEVTICIS.

§. 26.

**P**er characteres pharmaceuticos intelligimus figuras istas, quibus (inde a veterum tempore) ad designandum medicamentum quoddam, instrumentum, pondus rel. scribendo vtimur.

§. 27.

Qui hodie adhuc in vsu sunt a plerisque auctoribus chemicis memorantur. Et qui plures nosse cupiat, adeat SOMMERHOFFIVM, qui in lexico suo pharmaceutico-chemico, quotquot potuit, studiose collegit.



### CAP. 4.

#### DE PONDERIBVS ET MENSVRIS PHARMACEVTICIS.

§. 28.

**P**ondera et mensurae tam ad sicca quam fluida pertinent.

§. 27.

§, 29.

*Pondera* pro librandis siccis sunt:

*Libra medica.* Haec in Suecia, Germania, Anglia et Scotia vnciis 12 constat, in Gallia autem vnciis 16.

*Vncia.* Vbiuis in drachmas 8 diuiditur.

*Drachma.* Huic vbiuiis scrupuli 3 competent.

*Scrupulus.* In Suecia, Germania, Anglia, et Scotia grana 20, in Gallia autem gr. 24 complectitur.

*Granum.* Nullibi eiusdem omnino ponderis est.

*Libra civilis* in Suecia, quae in 32 lonthes dispescitur, aequalis est vnciis 14 cum drachmis 2, scrupulo 1 et granis 12 $\frac{1}{4}$ .

*Libra medica* in Suecia

aequalis est - 7416 affibus Troicis.

Anglia et Scotia 7766 $\frac{1}{3}$

Germania - 7455 $\frac{7}{8}$

Gallia - 10193 $\frac{1}{3}$

Ratione igitur habita ponderis medici Suecici,

Libra

DE PONDERIBVS ET MENSVRIS PHARM. 13

Libra *Parisienis*

aequat	16	vnc.	3	dr.	2	scr.	17	<sup>19</sup> <sub>103</sub>	gr.
Vnc. eiusd.	I	-	-	-	14	<sup>679</sup> <sub>824</sub>			
Drachm. ei.	-	I	-	-	I	<sup>5623</sup> <sub>8392</sub>			
Scrup. ei.	-	-	I	-	-	<sup>52215</sup> <sub>19778</sub>			
Gr. ei.	-	-	-	-	-	<sup>407735</sup> <sub>474624</sub>			

Libra *Anglica*

aequat	12	vnc.	4	dr.	1	scr.	11	<sup>97</sup> <sub>103</sub>	gr.
Vnc. ei.	I	-	I	-	2	<sup>409</sup> <sub>818</sub>			
Drachm. ei.	-	I	-	-	2	<sup>4117</sup> <sub>4944</sub>			
Scrup. ei.	-	-	I	-	-	<sup>14005</sup> <sub>14832</sub>			
Gr. ei.	-	-	-	-	I	<sup>2801</sup> <sub>39328</sub>			

Libra *Germania*

aequat	12	vnc.	-	dr.	1	scr.	18	<sup>75</sup> <sub>103</sub>	gr.
Vnc. ei.	I	-	-	-	3	<sup>47</sup> <sub>203</sub>			
Drachm. ei.	-	I	-	-	-	<sup>665</sup> <sub>1045</sub>			
Scrup. ei.	-	-	I	-	-	<sup>665</sup> <sub>4944</sub>			
Gr. ei.	-	-	-	-	I	<sup>555</sup> <sub>58880</sub>			

§. 30.

*Fluida* iisdem ponderibus et secundum eandem proportionem librantur.

§. 31.

*Mensurae* in *siccorum corporum* quantitate determinanda, quoniam infidae sunt, iamiam reiiciuntur; quorsum spectant *Fasciculus*, *Manipulus*, *Pugillus*.

§. 32.

14 SECT. I. CAP. 4. DE POND. ET MENS. PHARM.

§. 32.

Mensurae pro *fluidis* definiendis sunt:

*Congius.* Continet vbiuis libras 8.

*Mensura f. congius dimidius,* cui librae 4.

*Libra,* (*Mensurae quadrans, Schwed.* quartier), aequiparatur in Suecia e. Germania vnciis 12, in Anglia 16, in Scotia 15, in Gallia vnciis 16.

*Pinta* in Anglia et Scotia pondere cum libra conuenit. In Gallia *Pinta* duabus *Schopinis*, (*chopines f. livres*), h. e. 32 vnciis par censemur.

§. 33.

*Pondera* ex aurichalco duritiei causa confidere oportet, granorum pondere excepto, quod argenteum esse praestat, ne aerugine corripiatur. *Mensurae* vel ex stanno purissimo, vel in vsum liquorum nobiliorum, ex vitro parantur.

§. 34.

Liquores aqua grauiores, prout et olea; non mensura sed pondere definiri debent.



SECT. II.



## SECTIO II.



### CAP. I.

#### *DE OPERATIONIBVS PHAR- MACEVTICIS.*

§. 35.

**O**peratio sive encheiresis *pharmaceutica* consistit in iusta applicatione et usu instrumentorum actiuorum et passiuorum, quorum ope medicamentum mutationes quasdam subit et virtutes definitas adipiscitur.

§. 36.

Sunt hae encheireses vel *mechanicae*, vel *chemicae*.

§. 37.

Encheireses *pharmaceutico-mechanicae* istae vocantur, ad quas perficiendas instrumen- ta vnicē passiua requiruntur, corporumque diuisiōnem,

*divisionem, separationem vel miscelam vnicē pro scopo habent.*

*Pharmaceutico - chemicae autem nonnisi instrumentis actiuis absolui possunt; et haec quidem ad corporum chemicam *compositiōnem*, (*syncrasis*) *resolutionem*, (*diacrisis*) vel *transmutationem* (*metathesis*, *transpositio* particularum) spectant.*

## CAP. 2.

### DE OPERATIONIBVS PHARMA- CEVTICO-MECHANICIS.

§. 38.

**C**orpora mechanice resoluimus in *puluerem* ea redigendo, *contundendo*, *concidendo*, *lima* vel *scobina* discerpendo.

*Puluerisatio* dicitur, quando corpus siccum et fragile contusione, trituratione vel laeuigatione in particulas valde tenues vel puluerem comminuitur. Si ad eam usque particularum subtilitatem haec encheiresis continuatur, ut ne visu quidem vel tactu distingui possint, *alcoholisatio* nuncupatur.

*Contiu-*

*Contusionis vel conquassationis* voce proprie vtimur de corporum molliorum, magis vel minus tenacium, in massam pasta- ceam mutatione;

*concisionis*, quando corpus cultri ope di- vellitur;

- et *limationis s. rafionis*, quando in hunc finem limam vel scobinam adhibemus; tumque corpus diuisum *Limaturam, Rafi- ram, Scobem* appellamus.

§. 39.

Corporis mixti partes *expressione, colatio- ne, decantatione, despumatione* mechanice se- parantur.

*Exprimere* dicimur, quum partes liqui- das violenter ex miscela quadam segregam- mus;

*colare v. filtrare*, quando earum sepa- ratio absque vlla peregrina vi contingit, sed haec proprio pondere et sua diuisibilitate per corpus vel magis vel minus densum, prout linteum vel pannum, chartam bi- bulam, manicam Hippocratis, arenam, vel linum rudius nondum textum, penetrant.

*Decantationis* vox adhibetur, quando li- quidum superius stagnans idque clarum


B caute

caute effunditur, relicta parte turbida graviori, quae fundum occupauit.

*Despumatio* est separatio spumae vel formidum supernatantium; haecque ope cochlearis peculiaris peragitur.

§. 40.

*Mixtio* dicitur mechanica plurium corporum diuisorum coniunctio, vnde nouum corpus (aggregatum) emergit. Fit haec ope triturationis, contusionis, conquaflationis, subactionis, agitationis vel commotionis.



## CAP. 3.

### DE OPERATIONIBVS PHARMA- CEVTICO-CHEMICIS.

§. 41.

**M**utationes, quas corpora per chemicas operationes subeunt, in vniuersum quidem vel ad *Syncrisin*, *Diacrisin* vel *Metathesin* referri possunt: raro vero accidit, quin duae vel omnes in yna eademque encheiresi locum habeant.

§. 42.

§. 42.

*Clarificatio*, siue sordium a liquido turbido separatio, fit ebullitione, vel addito ouorum albumine in spumam resoluto, et decoctione. In subsidium quoque vocantur alia adiumenta §. 39. memorata.

§. 43.

*Solutio attractionis effectus est*, huius que vi corpus vnum ita alterum diuidit, simulque ipsum ita diuiditur, vt ambo mixtum corpus constituant, cuius minimae particulae intra se natura conueniunt.

Non vna huius operationis ratio est. *Disunioniam* vocant chemici solutionem vel et solutionem in partes integrantes s. similares, quando corpus solutum a menstruo in minores tantummodo partes disiungitur, quarum singula eiusdem perfecte, ac totum corpus ante solutionem, naturae est. Hinc quoque corpus, vt in pristinum suum statu n. redeat, nullo alio auxilio, quam menstrui separatione, indiget. *Mutatoria* dicitur, quando vna cum corporis diuisione pars quaedam, ex qua conflatur, destruitur, quae igitur, vt pristina istius conditio restituatur, addi debet. *Destructoria* autem ita in vniuersum corpus destruit,

B 2.

vt

vt nullo artificio in priorem suam conditionem reuocari posit.

Praestant eiusmodi effectum corpora tam fluida quam sicca; quare aliae *solutions fluidae*, aliae *siccae* nuncupantur.

§. 44.

Solutions fiunt ope *infusionis, macerationis, digestionis, decoctionis, elixiuuationis, fumionis, liquationis et deliquii.*

§. 45.

Quum corpori vel simplici vel compo-  
to menstruum feruens superadditur, vt ad-  
iuuante calore menstrui quaedam particu-  
lae extrahantur, *infundere* hoc negotium  
dicitur.

*Digerere* autem est, quando menstruum vna cum corpore soluendo vel extrahendo minori caloris gradu feruatur, quum qui ad ebullitionem requiritur. Et haec qui-  
dem encheiresis a maceratione vnicce quo-  
ad materiem (subiectum) differt, quae ipsa posteriori casu eius naturae est, vt conti-  
nuata infusione emolliri debeat, soletque maceratio plerumque coctionem vel destil-  
lationem praecedere.

*Codio* ebullitione vel magis vel minus  
aucta absoluitur.

*Elixii-*

*Elixiuationis* vox proprie ad salia pertinet, si repetita aquae permutatione ex cineribus vel terris adhaerentibus eruuntur. Conuenit cum hac ipsa *edulcoratio*, quae particularum salinarum annexarum ablutionem significat.

Corpus solidum ignis vi in liquidam formam redigere, *fundere* vel *liquare* dicitur. Illa vox proprie de mineralibus, haec de pinguedinibus et eiusmodi aliis, quae miti igne diffluunt, adhibetur.

Sunt quaedam corpora, quae humores in aëre contentos attrahunt, et inde fluidam formam acquirunt, quae ipsa *molutio* *solutio aërea* s. *deliquium* appellatur.

§. 46.

Quodsi corpus a menstruo in integrum soluitur, proprie *solutio* vocatur; id vero quoad quasdam tantum partes si contingit, *extractio*.

§. 47.

*Euaporare* dicitur, quando per ignem corpus fluidum vaporum instar abigitur. Hos eousque si continuatur, donec superfites pars solidescere vel siccelscere incipiat, *inspissare* hic labor dicitur.

B 3

§. 48.

## §. 48.

*Coagulare* est, solo vel igne vel et addita materie quadam coagulante corpus fluidum subito ad solidam quodammodo formam redigere.

## §. 49.

*Praecipitationem* eum laborem vocamus, quo per adminicula quaedam corpus solutum a suo menstruo disiungitur. Idque fit eneruando ipsum menstruum, vel addendo aliquid, quod maiori nisu in menstruum siue corpus solutum fertur, vel turbando corporis compositionem fermentationis siue coaguli ope. Peragitur via vel sicca vel fluida.

## §. 50.

Quando liquor, qui sal quoddam soluit, eosque euaporatur, donec particulae salinae intra ambitum attractionis sese mutuo contingent: tum hae pro salium diversa indole in corpora varie angulosa coalescent, quae crystallorum nomine veniunt. Ipsa autem operatio *crystallisatio* nuncupatur.

## §. 51.

*Destillatio* euaporationis (§. 47.) genus est, intra vasa clausa peractum, quo vapor exhalans

exhalans iterum in liquidum colligitur, quod per aperturas eo fine factas defluit. *Sicca* vocatur, quando absque addito quodam liquore corpora solida destillationem subeunt; in *humida* liquidum adiicitur. *Per ascensum* dicitur fieri, quando calor fundo et lateribus vasis applicatur, quo ipso vapores sursum tolluntur; *per descensum* autem, quando ignis superius admoti vi in inferius spatium vacuum pelluntur.

§. 52.

*Rectificatio* est destillatio plures eodem liquido repetita. Eo partim fine instituitur, ut intra spatum angustius efficaciores eius partes colligantur (concentrare), partim, ut illud eo magis ab admixtis heterogeneis liberetur.

§. 53.

Destillatio aquae vel alias liquidi super re quadam aliquando fit, quae aliquid de suis virtutibus isti impetrare potest; *abstrahere* vocant.

§. 54.

*Cohobatio* est abstractio, plures super una et eadem vel noua quadam materie instituta.

B 4

§. 55.

## §. 55.

*Dephlegmatione* intelligimus aquosarum partium separationem a liquido quodam spirituoso, acido vel alcalino. Et haec quidem euaporatione, destillatione, additamento vario, congelatione, perficitur.

## §. 56.

Quum per gradum ignis definitum partes siccae volatiles a fixioribus separantur, vel corpus volatile in integrum euehitur, quod sub hoc labore in partes subtilissimas dirimitur, quae rursus colliguntur, coëunt et superiori vasis parti forma solida adhaerent: *sublimare* dicitur.

## §. 57.

*Volatilisatio* illa encheiresis est, qua corpus fixum volatile redditur, dum hoc nimirum cum volatili quodam arctissime coadunatur.

## §. 58.

*Salificatione* nouum sal producitur. In veram et transmutatoriam distingui solet.

## §. 59.

Pinguedinis cuiusdam cum sale combinatione miscela emergit (sapo), quae tam aqua

aqua quam spiritu vini soluitur. Labor  
ipse *saponificatio* nuncupatur.

§. 60.

Si acido sali digestione, destillatione, sublimatione aliisue modis in adiumentum exhibitis, per phlogiston vel metallicum corpus, et arctam vtriusque unionem, pristina indoles eripitur, *dulcificationem* appellant.

§. 61.

*Fermentatio* motus intestinus partium corporis compositi est, aëre et calore excitatus, quo ipso mixtio pristina turbatur, et noua exsurgit.

§. 62.

Quum prope ignem corpus vegetabile vel animale, quantum fieri potest, siccatur, cauendo, ne in carbonem comburatur, *tostio* s. *torrefactio* est.

§. 63.

Ille autem caloris gradus si applicatur, ut materia in carbonem degeneret, qui continuata vstione in cineres satiscit: *incineratio* obtinet.

B 5

§. 64.

## §. 64.

*Calcinatio* triplicis generis est: *igneæ*, quando, ignis efficacia, mineralia, metallæ, ossa rel. in puluerem diuelluntur; *mensesualis*, quum metalla in primis ab acri quadam liquore in calcem corroduntur: *philosophica*, quum, admisisis vaporibus calidis, ossibus vel cornubus gelatinosae partes auferuntur, vnde haec fragilia euadunt. *Calcinationis* vox quoque ad protractam salium in igne fusionem applicatur, et de omni fere re usurpatur, quae igne aperto vñctionem perpetua est.

## §. 65.

Nitro peculiaris illa indeoles est, quod addito phlogisto cum strepitu et flamma deflagret; *detonationem* vocant.

## §. 66.

*Decrepitatio* rursus ad salis communis naturam pertinet; hoc enim in ignem projectum fragore singulari edito diffilit.

## §. 67.

Materia vitrescibilis diutius caloris vi commissa, in massam funditur, quae postquam solida euasit, magis vel minus pellicula,

lucida, fragilis et plerumque in liquidis  
indissolubilis est. Negotium *vitrificatio*  
audit.

§. 68.

*Reducere autem est, terram metallicam  
in verum metallum redigere.*

§. 69.

*Reuificatio idem labor est; sed nomeñ  
de mercurio tantum valet.*



SECT. III.

28 SECT. III. CAP. I. DE PRAEPARATIS PHARM.

ଅଲ୍ୟାନ୍ତ ଲୋକ ଲୋକ ଲୋକ ଲୋକ ଲୋକ ଲୋକ

## SECTIO III.



### CAP. I.

#### DE PRAEPARATIS PHARMA- CEVTICIS.

§. 70.

**M**edicamenta *praeparare* est, secundum normam *prae scriptam* et certas rationes illa eiusmodi encheiresi submittere, quam et natura eorum et effectus, morborum aegrotique conditio, nec non medici finis requirit. *Praeparatum* igitur dicitur medicamentum rite, ad dictos fines asse quendos, subactum.

§. 71.

**C**ompages, quam quodlibet remedium *praeparatione* acquirit, *forma* eiusdem dicitur. Quae ipsa vel humida, sicca, liquida, tenuis, crassa, mollis, dura, puluerulenta, cohaerens e. s. p. est.

CAP. 2.



## CAP. 2.

### DE SIMPLICIVM COLLECTIO- NE, SICCATIONE etc.

§. 72.

**I**n colligendis medicamentis simplicibus  
quatuor momenta consideranda sunt:  
*selectus, tempus, siccatio et conseruatio.*

§. 73.

*Radices stirpium annuarum autumno,*  
seminum maturatione perfecta, effodimus;  
biennum autem et perennium vere, ante  
eruptionem foliorum. Quicquid vermbus  
erosum, ligosum vel putredine consum-  
tum est, reiicitur; quod integrum est, la-  
uatur, sed absque maceratione in aqua,  
cutis crassior deraditur, lotione subsequen-  
te. Radices crassiores finduntur vel trans-  
versim conciduntur et filis transmissis loco  
vmbroso et flatibus pernio ad exsiccacio-  
nem suspenduntur.

§. 74.

*Herbae et folia decerpuntur ante eruptio-  
nem florum, nisi folia et flores iuncta es-  
se oporteat. Caules, arida vel putrida fo-*  
lia

lia, segregantur, et reliquum loco vmbroso  
et aëri transitum concedente dispergitur,  
vt siccari queat.

*Flores* leguntur mox post eruptionem,  
deinde in vmbra (praestat id fieri super  
tela rarioris contextus extensa) siccantur.  
Optimum tempus collectionis est anteme-  
ridianum, postquam ros probe auolauit,  
tempestate clara et mediocriter calida.

§. 75.

*Arbores* resinosaæ, vere in primis, pro-  
sternendae. Seliguntur aetate non nimis  
prouerbae vegetaeque. Quicquid ullo mo-  
do corruptum est reiicitur.

*Cortex* deglubitur eodem anni tempore  
idque ex ramis iunioribus musco non ob-  
tectis.

*Resina* vel *gummi* ex arboribus, quae  
hinc succis scatent, corticis incisione, eli-  
citur.

*Fructus* et *semina* maturatione probe per-  
fecta colliguntur, nisi immaturis praecise  
opus sit.

§. 76.

Vegetabilia, in quibus partes volatiles  
non adeo manifestae, vel quae ad mini-  
mum plus fixarum continent, in scriniis  
clausis

clausis loco sicco seruantur. Ea autem, quae odoris, faporis, coloris, vel virtutis iacturae sive mutationi obnoxia sunt, vel quae ab insectis facile consumuntur, vitris vel fistilibus vitro obductis excipimus. Fructus et semina, quae facile rancorem contrahunt, locis frigidis, sed non humidis, secludimus. Succi expressi intra ampullas vitreas, oleo recenti superinfuso, in cellas reponendi. Ex eo vero ligni genere scrinia et scatulae confici debent, quod neque odorem neque saporem medicamento contento impertire potest.

## §. 77.

*Ex animali regno eliguntur specimina recentia, quae probe depurantur, et contra accessum aëris, calorem et humiditatem muniuntur. Axungia et sebum studiose lauatur, et addita aqua sub leuisimum ignis gradum liquatur, colatur et frigido loco seruatur.*

Exempla sunt: Lumbrici. Millepedes. Canthorides. Axungia canis, porci, serpentum. Seuum bouinum, ouillum.

## §. 78.

*Mineralia, lapides et ostrocordemata liberantur ab omniibus peregrinis partibus, contun-*

32 SECTIO III. CAP. 3. DE SPECIEBVS.

contunduntur, mola comminuuntur, lauan-  
tur et siccantur. Salia depurantur crystal-  
lisatione pluries repetita.

Limatura martis. Haematites. Tutia.  
Lapis calaminaris. Stibium. Succinum.  
Testae ostrearum. Lapidès cancrorum.  
(Cornu cerui vſtum). Sal ammoniacum.  
Nitrum. Soda.

---

CAP. 3.

DE SPECIEBVS.

§. 79.

**S**pecies sic dictae constant ex radicibus,  
lignis, caulis, foliis, floribus, semini-  
bus, fructibus, cornubus rafis, rarius sali-  
bus, gummi et eiusmodi aliis, rudius con-  
tus vel concisis.

Species pro fotu, pro gargarismate,  
laxantes, lignorum, pectorales, fumales etc.

§. 80.

Sunt et pulueres quidam, et si perperam,  
species nominati. Species Diatragantheæ.

CAP. 4



## CAP. 4.

### DE PVLVERIBVS.

§. 81.

**P**uluis generatim dicitur corpus siccum et fragile, ad quendam tenuitatis gradum redactum. (§. 38).

§. 82.

Varia pro diuersa eius subtilitate emergunt nomina. Subtilissimus *Alcohol* vocatur (§. cit.); qui nonnihil rudior, *Puluis*, subinde *Species* (§. 79) audit; qui vero adhuc rudior, *Tragea* nuncupatur.

§. 83.

Nisi corpus in puluerem redigendum siccum satis sit, exsiccari ad lenisimum ignis gradum debet; quo remotius ab igne vel furno fieri id potest, et quo mitiore calore, eo melius. Quod tam siccum est, ut facile diffletur, irrorare liquido quodam commodo oportet. Gummi resinaeque et alia, quae facile conglutinantur, requirunt certas quasdam encheires ethiemis commoditatem. Pro salibus in puluerem conterendis, mortariis metallicis vti non licet.

C

§. 84.

## §. 84.

Qualiscunque autem naturae pulueres sint, ante omnia ab aëris accessu, vaporibus, insectis etc. calore vel humiditate arcenda, et cauendum, ne vel volatiles partes aufugiant vel pinguia rancorem contrahant. In vniuersum quodlibet medicamentum pro yaria sua indole ita servandum est, ut quantillum inquam fieri potest, virtutis pereat.

Puluis refrigerans, camphoratus, diaphoreticus, infantum, nutricum, pectoralis, Tunchinensis, epilepticus. Aethiops mineralis et antimonialis. Pulueres simplium.

## CAP. 5.

## DE CONSERVIS.

## §. 85.

**C**onserua species electuarii est, ex foliis, radicibus, floribus vel fructibus constans, quae saccharo admisto in pastam contunduntur. Quae ex hisce tenacia sunt, conciduntur primum in partes valde tenues, dein contunduntur in mortario, vsque dum massa


SECT. III. CAP. 6. DE SVCCIS TENVIBVS. 35

massa aequabilis euadat, quibus factis faccharum demum additur et noua omnium contusio fit.

§. 86.

Sacchari proportio diuersa est. Ad vegetabilia succosiora duplum pondus facchari requiritur, aequale autem ad reliqua. Quae ex succois plantis fiunt conseruae, ad fermentationem pronae sunt, reliquae autem ad spontaneam exsiccationem. Hinc loco frigido seruandae.

Conserua Acetosellæ, Cerefolii, Cochleariae, Pulegii, Menthae, Rosarum, Aurantriorum etc.



CAP. 6.

DE SVCCIS TENVIBVS.

§. 87.

**S**uccorum nomine venit liquor iste aquosus vel magis vel minus coloratus, qui ex radicibus, foliis, floribus, fructibus, integris vegetabilibus et animalibus exprefione elicitor, interdum quoque perforatione arborum hauritur.

C 2

§. 88.

36 SECT. III. CAP. 6. DE SVCCIS TENVIBVS.

§. 88.

Res vero plerumque sequenti modo perficitur. Materies expressioni subiicienda studiose abluitur, et probe inde aqua defluere sinitur; tum, si tenacioris indolis est, subtiliter concisa, in mortaro lapideo in pastam contunditur; quodsi autem minus succosa ista est, vel succus insigniter tenax per noctem in quiete permanet; alias statim in faccum ex linteo mediocriter subtili vel tela rarioris contextus immittitur, ex quo preli ope omne liquidum exprimitur.

§. 89.

Expresso succo quietem illi per aliquod tempus concedimus, quo clarus euadat. Nisi hoc sponte fiat, cucurbita, quarta ad minimum parte vacua relicta, isto repletur, vesica obtegenda, et repetitis vicibus aquae calidae immergitur, et postquam succus probe turbidus euaserit, cucurbita in aquam frigidam collocatur, ut refrigerescat. Succus demum colatur, et ratione §. 76. significata seruatur.

Succus Citri, Berberum, Cerefolii etc.

CAP. 7.

## CAP. 7.

## DE FECVLIS.

§. 90.

**F**eculae vocantur sedimentum istud, quod  
fucci vegetabilium deponunt, postquam  
in quiete per tempus permanferint, vel  
subto incaluerint. Hoc, loco vmbroso,  
super vitro, vase murrhino vel charta bi-  
bula siccatur.

Fecula Ari.

## CAP. 8.

## DE SVCCIS INSPISSATIS.

§. 91.

**S**uccus expressus (et subinde depuratus)  
si eosque euaporatur, donec spissitudine  
mel aliquantum solidum referat, ple-  
rumque, licet perperam, *extractum* voca-  
tur. In quibusdam succis inspissatio, vs-  
quedum solidescant, continuatur.

Extractum Conii, Daturae, Aconiti,  
Fumariae, Cerefolii, Trifolii fibrini, Plan-  
taginis. Succus Acaciae.

C 3

§. 92.

38 SECT. III. CAP. 8. DE SVCCIS INSPISSATIS.

§. 92.

Succi baccarum in spissitudinem mellis  
redacti, saccharo vel addito vel omisso,  
*Rob* dicuntur.

*Rob Juniperi, Sambuci, Oxycocci etc.*

§. 93.

Huc quoque *Pulpa* referri possunt, quae  
ex fructibus carnosis sic parantur: Fructus  
aqua coquitur, vsquedum mollescat, con-  
quassatur et per perforatum tenue transfigi-  
tur, tum postquam ad consistentiam Electu-  
arii euaporatione peruenetur, calide per te-  
lam rarioris contextus exprimitur.


*Pulpa Prunorum, Tamarindorum etc.*

§. 94.

Notari meretur inspissationem ope euap-  
orationis, et quidem optime balneo mariae,  
non vero coctione fieri. Nec licet illam  
vasis metallicis perficere.



CAP. 9.



## CAP. 9.

### DE ELECTVARIIS.

§. 95.

**E**lectuarium est medicamentum colhaerens, mellis fere instar spissum, mox tamen vel magis vel minus solidum. Constat ex plurueribus, extractis, conseruis, mucilaginibus, oleis, balsamis, gummi, resinis, melle, robe, syrupis et eiusmodi aliis, simplici plerumque commixtione iunctis. Aliquando *Confectionis* nomine veniunt.

Electuarium de Scordio, lenituum, e Manna, purificans, pectorale. Theriaca Andromachi, Edinburgensis, Confectio Alchermes.

§. 96.

Similis miscela, quae vero electuario consueto fluidior est, subinde *Lohoch* dicitur; quae vero fluiditate ad syrumpum proprius accedit, *Lindus*. *Bolus* autem nuncupatur, si tam solida est, ut inde globuli molles, rotundi siue aliquantum oblongi parari possint.

*Lohoch* commune, sanum, pectorale. *Bolus laxans*, lithontripticus.

C 4

§. 97.

§. 97.

*Pasta emulsua* (Orsade) electuarii species est, ex semenibus oleum pingue continentibus, ex saccharo et tantillo aquae sub contusionem affusae, parata. Subinde olea aromatica admiscentur; amygdalae autem plerumque basin constituant.



## CAP. IO.

## DE PILVLIS.


§. 98.

**P**ilulae globuli parui sunt, magis minusue duri. Intran̄ hasce succi inspissati, extracta, gummi, resinae, balsami, sapones, pulueres, salia (exceptis deliquio obnoxiis) olea destillata, pinguedines quaedam, rel. ex quibus, addito quodam liquido, massa cohaerens non glutinosa conficitur. Haec in cylindros longos, teretes exiguntur, et ad mensuram pilularem definita conciduntur, et rotatur, puluere demum quodam conspergitur vel foliis auri siue argenti obducitur.

Pilulae

SECT. III. CAP. II. DE TROCHISCIS ETC. 41

Pilulae chalybeatae, piceae, balsamicae,  
purgantes, foetidae, Starkejane, e Styrace,  
Saponaceae, aethiopicae.



CAP. II.

*DE TROCHISCIS, PASTILLIS,  
PASTIS ET SVPPOSI-  
TORIIS.*

§. 99.

**T**rochisci, Pastilli et Baculi, quoad exter-  
nam formam vnicē differunt. Proxi-  
me dicti in cylindros tenues rotantur.  
Pastilli pedunculo quodam instruuntur.  
Et Trochisci vel in figuram excremento-  
rum muris vel in globulos rediguntur, pi-  
stillo quodam dein deprimendos. Mate-  
riam plerumque constituunt puluis, fac-  
charum vel mucilago.

Trochisci beccichi, e Catechu. Sief  
album. Baculi Liquiritiae. Pastilli fu-  
males.

C 5

§. 100.

§. 100.

*Pasta* paratur ex infuso quodam, in quo gummi arabicum et saccharum soluitur. Hoc dein vel absque villa alia miscela inspissatur vel albumine oui addito in massam porosam elaboratur, siccatur et in frusta quadrata, oblonga, secatur.

*Pasta Althaeae, Liquiritiae.*

§. 101.

*Suppositoriis* intelligimus corpora oblonga, quodammodo conica vel et rotunda, anno intrudi solita. Duplicis haec generis sunt: alia *coda*, quae ex melle leuiter eousque cocto, donec frigefactum solidescat, parantur, et dum adhuc calida sunt, in variam pro vnu figuram effinguntur; alia non *coda*, quae bolis vnu tantum et interdum forma discrepant.

## CAP. 12.

## DE MORSVLIS.

§. 102.


**M**orsuli sunt placentulae siccae et dulces ex saccharo, pulueribus, fructibus conditis

conditis vel recentibus rel. vel et ex succis  
fructuum et faccharo paratae.

## §. 103.

Saccharum primo, affuso tantillo aquae, ad mitem ignis gradum coquitur, donec gutta, lapidi frigido instillata, condensetur et inde fese separat; tum adduntur reliqua, probe remiscenda, et in modulos effunduntur. Si guttatum super lapidem politum massa effunditur, vnde figuram placentularum hemisphaericarum assumunt, *Rotulae* dici solent. Quae ex succis acidis et faccharo fiunt, super igne absque coctione remiscentur.

Morsuli imperatoris, antimoniales, *Citri*, Berberum. Manna tabulata.



## CAP. 13.

## DE EMULSIONIBVS.

## §. 104.

**E**mul<sup>s</sup>io generatim est liquor lacti similis, qui ex seminibus pingue oleum et paucum mucilaginis continentibus, oleis expressis,

44 SECTIO III. CAP. I 3. DE EMULSIONIBVS.

expressis, gummi-resinis, balsamis nativis,  
et aqua, rel. conficitur.

§. 105.

Modus ex seminibus eas parandi sequens est. Semina ista, quae decorticari se sinunt, a cuticula externa probe liberantur, dein studiose in mortario contunduntur, assundendo sensim sub contusione tantillo aquae, usquedum sufficienter conquassata fuerint, quibus factis reliqua aquae copia adiicitur, et liquor omnis adiuante pressione miti per linteum colatur.

Emulsio communis, arabica.

§. 106.

Gummi-resinae primum contunduntur, et in mortario cum aqua teruntur, donec satis solutae fuerint, postea colantur.

Lac ammoniacale.

§. 107.

Si olea expressa et balsama nativa compositionem earum ingrediuntur: oleum vel balsamum diu cum vitello oui vel mucilagine quadam teritur, ad perfectum coniubium usque, tum, aqua sensim et sub continua agitatione adiecta, per linteum laxius colatura fit.

Hac

Lac infantum, emulsio balsamica, oleosa.

---

## CAP. 14.

### DE INFVIS ET DECOCTIS.

§. 108.

*Infusum et decoctum est debilis cum aqua vino vel utrisque extractio, pro qua materies ex omnibus tribus naturae regnis desumitur. Illud obtinetur infusione, hoc coctione.*

§. 109.

Materiem infusi proprie constituant ista corpora, quae affusione menstrui sive calidi sive frigidi huic efficaces suas particulas impertire queunt, quae vero coctione vel sufflaminarentur omnino vel insigniter mutarentur. Menstruum vel aquosum, vinousum, vel vino-aquosum, est. Materiae soluendae praescriptae aqua feruida superinfunditur, quae tecta ad extractionem reponitur. Menstruum vinousum frigide addicitur et digestioni committitur. Quodsi autem tam ex vino quam aqua constat: infun-

46 SECT. III. C. 14. DE INFUSIS ET DECOCTIS.

infunditur primum aqua speciebus et dein vino digeritur, tandemque colatur. Serum lactis instar aquae tractatur.

Infusum Sennae. Serum antiscorbuticum. Aqua calcis simplex et composita. Infusum Chinae Chine frigidum.

§. 110.

Decocto destinantur ea, quae sola infusione vel maceratione menstruum virtute sua non imbuunt. Coctio vasis clausis merito instituitur, quae, si quid salini decocto additur, non ex metallo confecta esse debent. Materiae valde durae antea macerandae sunt. Si in formula medicamina diuersae naturae occurrunt, decoctum sequenti ordine parare conuenit. Primum ea maceranda sunt, quae hoc adiumento opus habent, dein una cum reliquis, quae coctionem ferunt, decoquenda, et sub finem admiscendae eae herbae, quae absque virtutis dispendio vnam vel alteram ebullitionem ferunt. Ita vero, quae decoctionem plane non citra iacturam vel mutationem virtutis odoris et saporis admittunt, et quicquid mucilagine sua menstruum priuaturum effet virtute sua, si statim adderetur: haec omnia adiicienda tum modo, quando vas ab igne aufertur, et postquam

IS.  
in  
e-  
ti-  
a.  
ute  
e-  
na  
e-  
m  
o  
e-  
n  
-  
el-  
n  
t  
**SECT. III. CAP. I5. DE MVCILAGINIBVS. 47**


postquam per breue tempus in infusione permanerint, colatura liquoris fiat.

Decoctum album, commune, iaponicum, purificans, antiscorbuticum, pro sotu.

§. III.

Si semimetalla, vt antimonium vel mercurius viuus, adduntur, haec sacculo linteo indita sub coctionem in decocto suspenderuntur.

Decoctum vermifugum, antiuenereum.



**CAP. I5.**

*DE MVCILAGINIBVS.*

§. III2.

**M**ucilago est materies laevis, mox magis, mox minus, cohaerens vel tenax, quae aqua ex quibusdam radicibus, seminibus et nucleis, extrahitur. Solutioni granorum Sagu et Gummi variorum idem nomen tribuitur.

§. III3.

Parantur maceratione, digestione, coctione vel trituratione, et depurantur colatione et expressione.

Muci-

Mucilago feminum Lini, Cydoniorum,  
Foenugraeci, Radicis Althaeae, Salab.  
Sagu.



## CAP. 16. DE GELATINIS.

§. 114.

**G**elatina dicitur materies glutinosa, laeuis, tremula, quae coctionis ope ex variis animalium partibus elicetur.

§. 115.

Ad hanc requiritur coctio fortis et protracta; vnde et optime machina Papiniana perficitur. Quodsi gelatina post coctionem, colationem et refrigerationem nimis fluida videatur: ulterius lento igne euaporanda, antequam reliqua addita fuerint.

Gelatina Cornu cerui.

§. 116.

Sunt quidam succi ex baccis expressi, qui saccharo cocti et gelatinosa compage imbuti, nomen quoque gelatinæ, sed perperam ferunt.

Gelatina Berberum, Ribium.

CAP. 17.



## CAP. 17.

### DE ACETIS.

§. 117.

*Aacetum* significat propriè liquorem acidum, ex quibusdam fructibus fermentatione productum.

§. 118.

Exstat in pharmacopoliis, praeter acetum vini vulgare, triplex aceti genus, *destillatum, infusum et coctum.*

§. 119.

*Destillatio* optime in vasis vitreis vel stanneis vel et aheno cupreo sed stanno obducto, suo alembico obtectis, instituitur, auferendo phlegma primo prodiens et probe ab empyreumate cauendo. *Destillatione* spiritus vitrioli cum arcano tartari acetum fortius obtinetur. Idem succedit aeruginis absque vlo additamento destillatione. Concentratur quoque congelatione.

Acetum destillatum, radicale.

D

§. 120.

§. 120.

Acetum *infusum* maceratione quorundam vegetabilium in aceto paratur.

Acetum Rosarum, scilliticum, Colchici.

§. 121.

Acetum autem *coctum* coctione vegetabilium vel mineralium cum aceto producitur.

Acetum vel extractum Saturni.

## CAP. 18.

### DE ESSENTIIS ET TINCTVRIS.

§. 122.

**E**ssentia et *Tinctura* est tenuis magis vel minus clara et colorata solutio, sive extractio ex materiis ex omnibus naturae regnis petitis, ope liquidi cuiusdam spirituosi, vinoſi, aquosi vel salini parata, et infuso futurior.

§. 123.

Nominis utriusque discriminem plerumque colore et pelluciditate nititur. Liquor

e. c.

e. c. ruber, flauus, coeruleus et simul pellucidus, Tinctura dicitur; viridis autem, brunus, nigricans minusque pellucidus, Effentia.

## §. 124.

Quoad materiem, quam recipiunt, sunt istae: 1. *gummosae*; 2. *resinoae*; 3. *gummo-resinoae*; 4. *resino-gummosae*; 5. *bituminosae*; 6. *oleosae*; 7. *sulphureae*; 8. *salinae*; 9. *metallicae*; 10. ex diuersis mixtae.

## §. 125.

Pro hoc materiei discrimin'e diuersa quoque *menstrua* usurpantur: 1. *aquosum*, quo pertinet aqua vulgaris vel destillata; 2. *spirituosum*, spiritus rectificatus, alcohol; 3. *spirituoso-aquosum*, spiritus vini; 4. *vinosum*, diuersa vinorum genera; 5. *alcalino-volatile*, spiritus salis ammoniaci, spiritus cornu cerui etc.; 6. *acido-inflammabile*, spiritus acidi dulcificati; 7. *salinum*, spiritus Mindereri, Liquor digestius etc.

Vt exempla in promtu sint, sequentia notare operae pretium:

1. Anima Rhei, aqua sapphirina, tinctura Menthae, Rosarum.

D 2

2. Tinctu-

52 SECTIO III. CAP. 18.

2. Tinctura Antimonii, balsamica, Cantharidum, Benzoes, Assa foetidae. Balsamus traumaticus, saponaceus. Essentia Pimpinellae, Scordii. Spiritus camphoratus.

3. Tinctura Castorei, Croci, Chinae, Fuliginis, Laccae, Myrrhae, Rhei amara, Essentia Abfynthii, Cascarillae, corticum Aurantiorum, Scillae Würtenb. Spiritus mercurialis.

4. Tinctura Rhei dulcis, Jpecacuanhae, stomachalis. Vinum chalybeatum, Antimonii.

5. Tinctura Castorei composita. Elixir paregoricum.

6. Tinctura martis Edinb. Succini dulcis. Elixir vitrioli. Mixtura simplex.

7. Tinctura sudorifica etc.

§. 126.

Non omnes eundem caloris gradum requirunt. Maxime vulgaris is est, quo menstruum leuiter ebullit. Digestio semper vasis clausis instituitur. Essentias, quae colorem grate viridem habent, frigida digestione extrahere oportet.

§. 127.

## §. 127.

Corpora metallica et sulphur necessarie a sale quodam solui debent, antequam a menstruis ante dictis affici queant.

## §. 128.

In praeparatione essentiarum et tincturarum compositarum opus quoque est, ut ordo extractionis rite obseruetur. Si e. c. radices, resinae, balsama, olea rel. in formula occurrunt, radices primum digeruntur; hisce sejunctis, resinae adduntur, quae si solutae fuerint, balsama, tandem olea et sic porro. Subinde horum singula seorsim diuersa menstrui portione digeruntur. Si acidum minerale adiiciendum, tum hoc extractione finita additur, vel etiam primum menstruo commiscetur et digeritur, antequam reliquum accedit. Depurantur expressione et colatione.



## CAP. 19.

## DE ELIXIRIIS.

## §. 129.

*Elixir* eo essentia differt, quod semper fere compositum est, et saturatius,

D 3 spissius-

54 SECTIO III. CAP. 19. DE ELIXIRIIS.

spissiusque, colore obscurius et plerumque  
brunum vel nigrum.

§. 130.

Saepe confestim ex essentiis, tinturis  
extractis rel. paratur. De reliquo huc re-  
ferenda quae §. S. 124-128. dicta sunt.

1. Elixir hepaticum;
2. Elix. pectorale Wedelii;
3. Elix. sacrum;
4. Elix. anticacheticum, viscerale, ape-  
rituum. Laudanum liquidum;
5. Elix. guaiacinum;
6. Elix. proprietatis, vitriolicum;
7. Elix. proprietatis Burghardi.

\* \* \* \* \*

CAP. 20.

DE EXTRACTIS.

§. 131.

**E**xtractum vocatur essentia, decoctum si-  
ue infusum, in massam crassam, magis  
minusue tenacem, pultaceam inspissatum.

§. 132.

§. 132.

Ratione menstrui triplex extractorum  
genus exstat, *aquosum*, *vinosum* et *spirituosum*.

§. 133.

Haec igitur extracta obtinemus, quando decoctum, infusum vel essentia, post praegressam colationem et depurationem calore commodo ad dictum spissitudinis gradum redigitur. Si exhalatio continuaatur, donec reliqua pars sicca euaserit, extractum sic dictum siccum emergit. Ne spiritus ad extractionem adhibitus pereat, destillatione caute abstrahitur et alia vice in eundem scopum usurpatur.

1. Extractum Absynthii, Aloës, Centaurii, Chinae, Colocynthidis, Arnicae, Chamomillae, Jalappae, Millefolii, Gentianae, Opii, Tormentillae, turionum Pini, Rhei, Taraxaci, Graminis, Liquiritiae.
  2. Angelicae, Cardui benedicti, Cascarillae.
  3. Croci, Jalappae, ligni Guaiaci, corticis Chinae, Enulae.


§. 134.

Ad finem euaporationis extracti aquosi  
affunditur tantillum spiritus vini, quod ad

D 4 melio-

§6 SECTIO III. CAP. 21. DE RESINIS.

meliorem conseruationem conducere existimatur.



CAP. 21.  
DE RESINIS.

§. 135.

**R**esina est massa, mox magis mox minus dura, quae calore tenacior fit et liquatur, frigore fragilis euadit et solidescit, flammam concipit, et spiritu vini non vero aqua soluitur. Ex vegetabilibus elicetur.

§. 136.

Extrahitur vegetabile spiritu vini rectificato tam diu et tam saepe, donec illum amplius non tingat, nec sapore imbuat. Extractiones commiscentur, et leni igne vsquedum tertia vel quarta pars remaneat, destillantur. Et hoc residuum aqua diluitur, vt resina tanto melius praecipitetur, vel lente ad siccitatem inspissatur.

Resina Jalappae, ligni Guaiaci, corticis peruviani.

CAP. 22.

## CAP. 22.

### DE STRVPIIS.

§. 137.

**Syrupi** nomine venit miscela quodammodo spissa, fluida tamen, parata ex decocto quodam, infuso, succo, vel aqua, in qua tantum facchari solutum fuit, ac absque crystallorum generatione fieri potest.

§. 138.

Interest vero, ut non solum ad plerosque syrups faccharum purissimum sumatur, sed ut menstruum quoque, in quo faccharum soluitur, quantum fieri potest, ante depuretur, ne dum clarum reddere syrupum addito quodam auxilio et protracta coctione studemus, eius virtus debilitetur.

§. 139.

Sacchari ad menstruum proportio variat pro menstrui diuersa indole, maxime vulgaris autem prout 9 vel 10 ad 15 est. Quando haec pro menstrui diuersitate definitur, non ultra vnam ebullitionem ad facchari solutionem requiritur. Vasa metallica pro syrups ex fructuum succis non

D 5 con-

§ 8 SECT. III. C. 23. DE MELLE ET OXYMELLE.

conueniunt. Sunt et syrupi, qui plane non ignem apertum ferunt, sed in cucurbita vitrea probe teſta parari debent.

Syrupus aretositatis Citri, Berberum, Ceraforum, Mororum, Ribium, Raparum, Rubi idaei, Spinae ceruinae, chermesinus, Rosarum, Violarum, Tunicae, Althaeae, Aurantiorum, balsamicus, Rhei, Croci, Hyſſopi, Diacodii, emulſiuſ, ſcilliticus, Oxyfaccharum ſimplex.



CAP. 23.

DE MELLE ET OXY-  
MELLE.

§. 140.

Praeter mel vulgare, quod depuratur liquatione ad ignem et ſubſequente colatione exſtat mel herbarum virtute imbutum, ſive eiusmodi, quod ſucco quodam, iuſto ſue decocto miſcetur, et deinceps ad priftinam ſpiſſitudinem euaporatum ope depuratur.


Mel Rosarum.

§. 141.

## §. 141.

Eodem modo paratur oxymel ex melle et quodam aceto, sive succo baccarum acidarum, quod vtrumque in fustili sive olla ex lapide ollari euaporatur.

Oxymel simplex, scilliticum, Colchici, pectorale, Oxycocci, aegyptiacum.



## CAP. 24.

## DE BALSAMIS.

## §. 142.

Duplex exstat balsami genus, *spirituoso*, quod ad tincturas pertinet, et *pingue s. vnguinosum*, quod vnguenti species est.

## §. 143.

Hoc proxime dictum constat ex basi pingui, prout oleo espresso, seu, axungia, cera alba, subinde etiam oleo terebinthinae, cui admiscentur olea essentialia, balsama naturalia, resinae, pulueres, camphora, moschus rel. et saepe color quidam.

Bal-

Balsamus Locatelli, Arcae, Halensis,  
Sulphuris.

---

## CAP. 25.

### DE VNGVENTIS ET LINIMENTIS.

§. 144.

**V**nguentum est medicamentum externum  
pingue, plerumque eiusdem, ac axun-  
gia, spissitudinis.

§. 145.

Dividuntur in simplicia et composita;  
haec rursus in simpliciter mixta, nutrita et  
cocta.

§. 146.

Eorum basis axungia, butyrum, olea  
pingua, sunt, quibus spissitudinis iustae  
comparandae causa feuum, cera, resina,  
terebinthina et eiusmodi alia, adiiciuntur.

§. 147.

Excipienda autem sunt succi, mucilago,  
pulueres minerales et vegetabiles, olea de-  
stillata,

stillata, gummi varia, resinae, camphora, fapo, mercurius viuus rel.

## §. 148.

*Simpliciter mixta* dicuntur, quae ex axungia, butyro et oleo quodam, et pulveribus quibusdam mercurio viuo et similibus vel sola-contritione vel liquatione et commixtione parantur.

Vnguentum album simplex et camphoratum, epispaisticum, Tutiae, pomadinum, neapolitanum, basilicum, lapidis calaminaris.

## §. 149.

*Nutrita* constant ex oleo pingui, cui sub continua agitatione affunditur acetum quoddam vel spiritus alcalinus, quoad oleum eius aliquid recipere possit, et tota miscela, instar tremoris lactis crassioris, alba euadat.

Vnguentum Lithargyrii. Linimentum volatile.

## §. 150.

*Coēta* sunt, quae ex axungia vel butyro et parte quadam vegetabili recenti, succo vel mucilagine, ope coctionis mitioris et eousque protractae, donec omne aquosum exhalauerit, subsequente colatione, parantur.

Vnguen-

Vnguentum Linariae, Hyoscyami, Sam-buci.

§. 157.

*Composita* tam cocta, quam mixta, sunt.

Vnguentum Althaeae, neruinum, ver-mifugum.

§. 152.

*Linimenti* nomine veniunt vnguenta, axungia molliora, sed oleo spissiora.

## CAP. 26.

### DE EMPLASTRIS.

§. 153.

*Emplastrum* est medicamentum solidius, tenacius magisque adhaerens, quod supra linteum vel simile extensum vñui ex-tero destinatur.

§. 154.

Duplicis generis sunt: *emplastrum saturninum* nimirum, quod ex calce plumbi oleo soluta constat, et *cerodes*, quod pro basi ceram, sebum, resinam et similia ha-bet. Admiserentur etiam hisce emplastris gummi

gummi, resinae, balsama, olea, pulueres minerales et vegetabiles, mercurius viuus etc.

## §. 155.

*Emplastrum saturninae* intrant cerusfa, lithargyrium vel minium et oleum quoddam expressum, cui coctione ad mitem ignem spissitudo iusta conciliatur. Sub coctionem agitatio continua fit, subinde affundendo tantillum aquae vel aceti. Ulterius componuntur, additis quibusdam §. praecedenti memoratis.

Emplastrum album coctum, commune, gummosum, mercuriale, saponatum, sticticum, polychrestum.

## §. 156.

Ad *Emplasti cerodis* præparationem opus est liquefacere ea, quae per naturam suam liquari se sinunt, et dein reliquum agitationis opere, eo præcise momento, quo liquefactum in condensationem vergit, admiscere.

Emplastrum de lapide calaminari, piœcum, vesicatorium, emolliens, de spermate ceti. Ceratum citrinum, viride.

## §. 157.

*Ceratum* emplastro vulgari mollius est.

CAP. 27.

## CAP. 27.

## DE OLEIS.

§. 158.

*Oleum generatim consideratum, est materia magis vel minus fluida, inflammabilis, quae non nisi adhibito auxilio quodam, aqua solui se patitur. Sunt eius tria genera: *vnguinoſa*, *effentialia* et *empyreumatica*.*

§. 159.

*Olea vnguinoſa* s. *vnctuosa*, eo ab aliis discrepant, quod pinguia ad sensum sunt, vix odore et sapore, dum recentia, instruuntur, spiritu vini non soluuntur, et maximam partem frigore coēunt. Elicimus ea partim expreſſione, partim coctione ex feminibus et nucleis, raro ex animalibus partibus.

§. 160.

Modus vero, quo ea parantur, sequens est. Semina contusione et cibratione praegressa, facculo firmiori linteo vel ex tela rarioris contextus confeſto mandantur, ex quo preli ope oleum expellit. Sunt, qui semina calefaciunt, vel eadem aqua

aqua conspergunt, et dein siccant, vel laminae calefaciunt: quae encheires autem ob rancorem, quem inde oleum facile contrahit, damnandae. Vitellus ouorum tamen in duritiem coctus antea caute siccari debet.

Oleum Amygdalarum, Lini, Oliuarum, Laurinum, Nuciferae, Ouorum.

§. 161.

Ista semina, quae pressione paucum modo vel nihil olei largiuntur, contusa in aquam feruidam coniiciuntur, quo ipso oleum separatur, et superficiem aquae petit, dein auferendum. Hoc dein lente liquatur et colatur.

Oleum f. butyrum Cacao.

§. 162.

Olea *essentialia* f. *aetherea* tenuissima sunt, volatilia, odorem et saporem valde aromaticum habent, et spiritu vini soluuntur. Obtinentur tam expressione quam destillatione, plerumque ex vegetabilibus.

§. 163.

Olea huius generis *expressa* in pharmacopoliis non parantur.

Oleum vel *Essentia de Cedro.*

E

§. 164.

## §. 164.

Vegetabilia non omni aetate vel anni tempore eandem quantitatem olei vehunt, nec hoc eadem cuilibet plantae parti competit. Sunt, quae eius nihil plane continent. Vnde e re est, eas partes eligere, quae plurimum continent, et illud temporis momentum obseruare, quo plurimum vehunt.

## §. 165.

Destillatio autem sequenti modo instituitur. Vegetable vel eius pars, si opus, conciditur, alias conquaßatur vel pro re nata integra relinquitur, in vas destillatorium immittitur, affunditur aqua, et pro quavis vegetabilis libra salis communis pugillus additur. Hoc vase probe clauso per 1, 2 ad 3 dies, pro diuersa materie soliditate maceratur. Maceratione peracta, tantum aquae affunditur, ut sine empyreumatis metu destillatio perfici eadem ratione et eodem caloris gradu queat, qui de destillatis aquis indicabitur. Balsamorum natiorum et resinarum oleum absque praevia maceratione et salis additamento destillatur.

## §. 166.

Oleum ab aqua ope infundibuli separatori

torii separatur, siue, eius defectu, turunda  
gossypina, qua adhibita pars tamen perit.  
Seruant vase probe obturato.

Oleum Absynthii, Menthae, Rorismari-  
ni, Lauendulae, baccarum Juniperi, Anisi,  
Carui, ligni Rhodii, Sassafras, Caryophyl-  
lorum, Cinamomi, Macis, Piperis Jamai-  
censis, Chamomillae, Terebinthinae.

§. 167.

Aqua, quae oleum comitatur, apprime sub noua ex eodem vegetabili destillatione conuenit.

§. 168.

Olea essentialia, praeprimis male seruata, sensim tenuitatem suam et magnam odoris sui partem amittunt, coloremque mutant. In pristinam autem integritatem oleum hac ratione corruptum restituitur, si illud, dum nouum eiusdem generis oleum destillandum, eidem ante destillationem adiicitur.

§. 169.

*Aether siue Naphtha* eo ab oleis essentialibus  
differt, quod liquidum subtilius, magis vola-  
tile magisque inflammabile est, et nihil  
resinosi remixtum habet. Paratur ex Alco-  
hole vini et acido quodam maxime con-

centrato, per digestionem vel destillationem.

Naphtha Nitri, Vitrioli vel spiritus aethereus Edinburgensis.

§. 170.

*Oleum empyreumaticum* odore forti et tenaciter nauseoso instruitur, reliquis oleis plerumque grauius est, nigri vel bruni coloris, et quoad partem spiritu vini soluitur. Destillatione sicca ex omnibus tribus naturae regnis obtinetur.

§. 171.

Largiuntur vero illud ligna, olea vnguis-nosa, salia essentialia, resinae, sapo, cornua, adiuuante destillatione tam deorsum, quam sursum, facta.

§. 172.

*Per descensum* peragitur destillatio operuarum ollarum iunctarum, inter quarum ora ponitur lamina ferrea multis foraminibus instrueta. Inferior vacua, et quae instar Recipientis est, terra confoditur, superior vero repletur materie destillationi destinata. Juncturis probe obturatis, ignis tam circa quam supra ollam superiorem admouetur, quibus ipsis oleum sensim una cum phlegmate in inferiori colligitur.

Oleum

## Oleum ligni Juniperini, betulinum.

§. 173.

Destillatio *per ascensum* autem alia modo instituitur. Repletur nimirum vas retortum ferreum, fictile, vitreum, cornu vel ligno vsque ad collum, sale essentiali ad duas tertias, resinis, cera vel simili materia ad vnam tertiam, paeponitur excipulum spatiosum, ad cuius ostium foramina aëris transmittendi causa fiunt, quod ipsum interea epistomio obturatur, iuncturae luto probe firmantur, et postquam lumen siccum euaserit, ignis gradatim adhibetur, siue igne aperto vtamur, siue catino arena replete, quo opus, si vas retortum vitreum usurpat. Primum prodit phlegma, quod sensim uberiorem olei copiam secum vehit, et tandem, si medicamentum animalis s. bituminosae naturae est, sal volatile, quod partim a phlegmate transmigrante soluitur, partim etiam remanet. Gradus ignis, prout et aperturarum pro aëre sollicita cura esse debet, ne vasa vaporum elasticitate diffilant. Destillatione peracta oleum, per chartam bibulam aquam transmittendo, separatur.

Oleum Cornu Cerui, Tartari, Guaiaci,  
Cerae, Succini, Saponis.

E 3

§. 174.

§. 174.

Haecce olea depurantur (rectificare)  
cum vel sine additamento.

Oleum animale, Cerae, Succini.

§. 175.

Olea vnguinoſa empyreumaticam natu-  
ram induunt, si miscentur lateribus in fa-  
rinam contritis, calce, cineribus etc. et  
dein destillatione in igne aperto separantur.

Oleum philosophorum.

§. 176.

Si olea vnguinoſa cum vegetabilibus  
recentibus digeruntur, nomen *olei infusi*  
acquirunt. Si autem iisdem coquuntur,  
prout §. 150. de vnguentis dictum est et  
colantur, *olea cocta* dici solent.

Oleum Jasmini, Liliorum, Hyperici.



## CAP. 28.

### DE AQUIS DESTILLATIS.

§. 177.

*Aqua destillata*, stillatitia, abstracta, vo-  
catur aqua (saepe etiam miscela spiri-  
tuosa),

tuosa), quae vel sola depurationis eius causa, vel additis eiusmodi rebus, quae illi virtutem quandam nouam conciliare possunt, destillationem subiit.

## §. 178.

Aquae destillatae sunt vel *simplices* ex unica medicamenti specie, vel *compositae* ex pluribus, paratae. Hae rursus in *aqua-*  
*fus*, *vinosas* et *spirituosas* distinguuntur.

## §. 179.

Optimas aquas vegetabilia nuperrime collecta et leniter siccata praebent, exceptis iis, quorum efficacia leuissima quoque exsiccatione perit. Sunt et praestantissimae, quae in balneo mariae destillantur.

## §. 180.

Is vero ignis gradus requiritur, vt aqua transtillans instar fili tenuis ex tubo defluat, neutiquam autem in vapores resoluatur. Si fortior adhibetur, tum partes maxime volatiles inter destillationem a fugiunt, et aqua in putredinem prona redditur. E re quoque est, vt sufficiens aquae copia in vase destillatorio adsit, quo omni empyreumati praeuertatur, nec minus necesse, vt aqua refrigeratori in continuo frigore seruetur.


E 4

Aqua

*Aqua aquosa*: florum Aurantiorum, Cerasorum, Chamomillae, Cinamomi, Foeniculi, Hyssopi, Melissae, Menthae crispa, Menthae piperitae, Millefolii, Petroselini, Pulegii, Rosarum, Sambuci, Ulmariae. *Aqua aquosa compof.* alexiteria. *Aqua vinosā simpl.* Veronicae. *Aqua vinosā comp.* Cinamomi. *Aqua spirituosa comp.* epidemica, Raphani, aromatica.

## §. 181.

Vtut autem mitis ignis gradus adhibetur, plerumque tamen aqua odorem aliquantum empyreumaticum assumit, qui autem auolat, si ampulla aqua repleta per tantillum temporis soli radianti exposuitur, vel congelationi locus datur.



## CAP. 29.

## DE SPIRITIBVS.

## §. 182.

Quatuor spirituum genera in pharmaco-polii occurunt, 1. *spiritus nimirum ardens* vel inflammabilis; 2. *urinosus*; 3. *acidus*; 4. *acido-oleosus*.

## §. 183.

## §. 183.

*Spiritus ardens* est liquidum tenue, clarum, volatile, odore et sapore praeditum, aqua facile miscibile, flamma ardens. Producitur fermentatione et destillatione.

## §. 184.

Si excipiuntur spiritus vini simplex, rectificatus et rectificatissimus, omnes reliqui spiritus ardentes, qui in pharmacopoliis prostant, abstracti sunt, hique rursus simplices vel compositi.

## §. 185.

Quoad partes, abstractione elicitas, oleosi sunt, qui assusa aqua albescunt, et salini, qui hunc colorem non contrahunt.

## §. 186.

Ad abstractionem spirituum non tantus ignis gradus requiritur, qui ad aquas. De reliquo eadem hic obseruare conuenit, quae §. §. 179. 180. dicta sunt.

Spiritus vini rectificatus, rectificatissimus, tartarisatus, Lauendulae, Rorismarini, Serpylli, Lauendulae compositus, Cochleariae, Formicarum.

## §. 187.

Per *spiritus urinosos* s. *alcalinos* intelligimus liquores volatiles alcalinos, qui de-

E 5 stilla-

stillatione parantur et vel *simplices* vel *oleofisi* sunt.

§. 188.

*Spiritus vrinosi simplices* ex sale alcalino volatili et aqua constant.

*Spiritus salis ammoniaci aquosus, acris.*

§. 189.

*Oleofi* continent, praeter sal alcalinum volatile menstruumque suum, oleum. Ratione menstrui, sunt *aquosi* vel *spirituosi*. Aquosi eliciuntur ex animalibus horumque partibus, eodem tempore, quo oleum destillatur, et repetita destillatione absque additamento depurantur.

*Spiritus Cornu cerui.*

§. 190.

*Spiritus vrinosi oleoso-spirituosi* destillantur ex sale alcalino, sale ammoniaco et spiritu vini, quibus etiam accedunt producta omnium trium naturae regnorum, quae oleum quoddam essentiale continent.

*Spiritus salis ammoniaci vinosus, salinus aromaticus, bezoardicus Buffii.*

§. 191.

Ad horum omnium spirituum destillationem vasa vitrea, siue vas retortum siue cucur-

cucurbita sit, adhibentur. Eximatur tamen spiritus Cornu cerui, cuius destillatio plerumque in retorta ferrea, vel fistili locricata perficitur. E re quoque est excipula satis ampla in promtu habere.

## §. 192.

*Spiritus acidus* est liquidum acidum, constans ex sale et aqua, quod destillatio ne sicca ex omnium trium naturae regnorum productis euocatur.

## §. 193.

Ex salibus imperfectis acidum absque omni peregrina miscela expellitur. Ex fulphure tam cum quam absque additamento quodam obtinetur.

Spiritus et oleum Vitrioli, spiritus Aeruginis, Sulphuris.

## §. 194.

Ex salibus mediis, prout nitro et sale culinari parua quidem pars acidi sine additamento expelli potest. Sed optime res peragitur admiscendo spiritum vitrioli concentratum, qui sece cum parte alcalina vniens, acidum a vinculis suis liberat. Maximi momenti est in hunc finem salia pura adhibere. Destillatio mox fit igne aperto, moxque in catino idque pro additamento

tamentorum varia natura; a cuius diuersitate etiam vasorum delectus et ignis iustum moderamen dependent. Vasa firma et ampla semper necessaria sunt.

Spiritus Nitri, Salis communis, aqua regis.

§. 195.

Concentratur acida mineralia auferendo iis aquae partem, quod euaporatione vel rectificatione fieri potest. Nitrum autem et sal commune acidum mox concentratum largiuntur, simulque fumans, si sal ipsum probe siccatur, et vitrioli acidum probe concentratum affunditur. In hunc finem etiam acidum metallo quodam uniri potest, et dein additamenti cuiusdam ope iterum separari.

Spiritus Nitri fumans, Salis fumans, fumans Libauii, butyrum Antimonii.

§. 196.

Acida mineralia prae primis ab accessu tam aëris, quam aliarum partium peregrinarum secludi debent; vnde in ampullis epistomio vitro tornato obseratis feruari debent.

§. 197.

*Spiritum acido - oleosum vocamus liquidum magis vel minus volatile, compostum*

tum ex acido, oleo et aqua. Singula naturae regna illud largiuntur.

Eiusmodi spiritus inter animalia ex formicis elicetur.

Ex vegetabilibus illum prouocamus salia essentialia vel ligna destillando.

Spiritus tartari.

C. 198.

Spiritus acido-oleofus mineralis emergit arcto acidi mineralis cum Alchohole vini con-nubio, quod vel per desfillationem producitur vel et per digestionem, subinde per solam agitationem. In hac encheiresi autem generatim requiritur, vt acidum minerale concentratum sit, miscela et destillatio prouide fiat, destillatio non nimis diu protrahat, et denique, vt hi spiritus follicite converuentur.

Spiritus vitrioli dulcis. Liquor anodynus mineralis. Spiritus Nitri dulcis, Salis dulcis. Aqua Rabeliana. Balsamus adstringens.

CAP. 30.

## CAP. 30.

### DE LIQVAMINIBVS.

§. 199.

**L**iquamen siue oleum per deliquium, illud liquidum vocatur, quod redundat, quando corpus particulis aquae in aëre obuiis soluitur et deliquescit. Ei quoque liquori hoc nomen imponitur, qui putredine ex quibusdam partibus animalibus pronamat.

Liquamen salis Tartari, arcani Tartari, Myrrhae, Lumbricorum.



## CAP. 31.

### DE LIXIVIIS.

§. 200.

**L**ixivio generatim aquam, quae partes quascunque salinas ex corpore quodam extraxit, significamus.

§. 201.

§. 201.

Obtinemus illud salis ab omni peregrina miscela liberi in aqua solutione, qua ipsa, cineres, terrae variae vel mineralia eluntur et separantur.

Lixiuum saponariorum. Liquor digestiuus.



## CAP. 32.

### DE SALIBVS.

§. 202.

**S**al corpus dicitur sapidum, aqua solubile, igne vel fixum vel volatile. Pro diuersa eius natura diuersa corpora soluit, variatque figura sua externa.

§. 203.

Ratione indolis sal quodlibet vel *acidum*, vel *alcalinum*, vel *medium* s. *neutrum*, vel *imperfectum* est. Quoad originem, vel *natinum* vel *artificiale*. Quoad mutationem in igne, *volatile*, *seminolatile* vel *fixum*. Pro diuersitate formae autem *siccum* vel *humidum* est, et vel *in crystallos* redigi se finit vel non finit.

§. 204.

## §. 204.

*Salia acida fixa* non exstant, nisi ad relationem mutuam respiciatur. Ita nec *acida pura* in formam solidam compacta habemus. Inest iis sapor et odor acidus penetrans, cum alcalinis et nonnullis metallicis effervescent, colorem vegetabilem coeruleum in rubrum commutant, praecipitant plerumque quicquid in alcali solutum est, pleraque corpora soluunt, cum alcali in sal medium transeunt, cum metallis, terris etc. *salia imperfecta* efficiunt.

## §. 205.

*Fixiora* ad regnum minerale pertinent. et haec quidem acidum vitrioli, acidum nitri et acidum salis sub se comprehendunt; de quibus actum §. §. 193-196.

## §. 206.

*Acida* sic dicta *volatile* vel *solida* sunt, ea nimirum, quae constant ex acido cum quodam oleo et terra combinato, et sublimari possunt; vel fluida, prout spiritus acido-oleosi (§. §. 197. 198.) et spiritus sulphuris volatile. (§. 183.)

Sal volatile Succini. Flores Benzoës.

## §. 207.

## §. 207.

*Salia alcalina vel fixa vel fluida sunt;*  
*haecque rursus in nativa et artificialia di-*  
*stinguuntur. Notae, quibus ab aliis sali-*  
*bus differunt, sequentes sunt. Saporem*  
*sic dictum lixiuiosum produnt, fixa nul-*  
*lum, volatilia autem odorem pungentem*  
*habent, cum acidis effervescent, praeci-*  
*pitant plerumque quae in acidis soluta*  
*sunt, succos plerosque vegetabiles coeru-*  
*lei et rubri coloris virides reddunt, pau-*  
*ciora corpora quam acida soluunt, hisce*  
*iuncta in sal medium transeunt, cum pin-*  
*guibus saponem efficiunt, et acrimonia sua*  
*calcis viuiae miscela insigniter increscunt.*  
*Quae ex minerali regno petuntur, horum*  
*omnia *nativa* reputantur, quae vero ex*  
*vegetabilium et animalium tribu, *artifi-**  
**cialia* censentur, licet, si dicendum quod*  
*res est, omnia fixa vere *nativa* sint.*

## §. 208.

*Salia alcalina fixa ex vegetabilibus elici-*  
*untur incineratione, cineres elixuantur, li-*  
*quidum euaporatur, et massa salina rema-*  
*nens depuratur, et ope nouae calcinatio-*  
*nis, solutionis, colationis et exhalationis*  
*acuitur; et hic quidem modus maxime*

F

vulgaris

vulgaris est. Methodus Tacheniana in eo ab hac encheiresi deflectit, quod herba primum vase clauso in carbonem comburatur, qui carbo aperiendo vas in cineres fatiscit, et hanc eiusdem commutationem expedit agitatione materiae, dum adhuc vas aliquantum candet, adiuuare. Cineres collecti elixuantur, colantur et post euaporationem in crystallos rediguntur, quo demum labore sal emergit, quod neque vere alcalinum, nec vere neutrum est. Tartarus, et eiusmodi alia salia essentialia, etiam alcali calcinatione dicta et depuratione praegressa erogant. Obtinetur quoque, quando residuum post spiritus tartari destillationem elixiatur et euaporatur. Ut euitentur calcinationes operosae, elixiatio aqua frigida peragitur.

Soda. Sal cinerum, Absynthii, Tartari.  
Alcali causticum. Lapis septicus.

### §. 209.

*Salia alcalina volatilia*, quae in medicina usurpantur, arte producta sunt, et vel pura vel oleosa sunt. Haec rursus *sicca* vel *liquida*. Liquida dicuntur spiritus vinosi. V. §. §. 187. etc.

Sicca

Sicca sequentia sunt: *Purum* obtinetur ex sale ammoniaco et sale alcalino fixo. quae combinantur et sublimantur; *Oleosa* nobis comparamus vel destillando animalia (§. 172), subiuncta depuratione sublimationis ope facta, vel ex sale ammoniaco, sale alcalino fixo et oleo quodam, per sublimationem eruuntur,

Sal volatile ammoniacum, Cornu cerui,  
anglicum.

§. 210.

*Sal medium* vocatur sal magis vel minus amarum, neque acidi, nec alcalini, dulcis vel acerbi saporis, quod componitur ex a- cido et sale alcalino, et ea quidem propor- tione, ut neutrius vestigium appareat; vn- de et huius generis salia nullo modo colo- rem coeruleum vegetabilem mutant.

§. 211.

Sunt haec vel *fixa*, quae omnia crystal- lorum formam recipiunt, non deliquescent (paucis exceptis), et diu ignis vi resistunt; vel *semiulatilia*, quae nonnisi aegre in crysfallos vertuntur, aere deliquum pati- untur, et per ignem facile nexus suo diri- muntur; vel et *volatilia*, quae vel sublima-

ri et crystallisari se finunt, vel semper in fluido statu permanent.

Tartarus vitriolatus. Arcanum duplicitum. Sal mirabile, polychrestum. Soda tartarisata. Nitrum crystallisatum, antimoniatum. Tartarus solubilis, tartarisatus. Arcanum tartari. Sal ammoniacum. Spiritus Mindereri. Liquor cornu cerui succinatus.

§. 212.


*Salia imperfecta* ea dicimus, quae neque vera acida, alcalia, vel salia media sunt, sed vel ex acido cum terra argillacea, metallica, vegetabili non in sal commutata (terra vegetabilis non salificata) vti et calcarea terra, et subinde quodam phlogisto enascuntur; vel ex alcali minerali et alio sale, nobis non satis cognito; interdum etiam ex acido et sale alcalino alia proportione commixtis, quam quae ad saturacionem requiritur (*Salia essentialia*). Imperfectis hisce salibus inest sapor vel subacidus, austerus, dulcis, subinde etiam aliquantum lixiuiosus, et plerumque in crystallos verti possunt.

Huc

Huc pertinent inter *mineralia* omnia familia metallica, alumen, borax et sal sedativum. Sal catharticum. Vitriolum martis, coeruleum, album. Saccharum saturni. Lapis infernalis. Mercurius sublimatus corrosivus et dulcis. Tartarus emeticus. Aerugo crystallifata. Globuli martiales. Alumen vistum. Sal sedativum.

Ex *vegetabilium* numero salia *essentialia* huc referenda. Horum nomine significatur eiusmodi sal, quod natura ipsa in vegetabili quodam praeparat, in eius succo latet, et separatione modo liquoris superflui indiget, quo formam solidam recipiat. Modus igitur, quo ea nobis conciliamus, is est: separatur succus et depuratur, ad syrapi spissitudinem euaporatur, et dein oleo superaffuso in locum frigidum reponitur, vt in crystallos coeat; crystalli semel elicite repetita crystallisatione depurantur.

Sal Acetosellae. Crystalli Tartari.  
Saccharum.



## CAP. 33.

### DE SAPONIBVS.

§. 213.

**S**apo est miscela magis vel minus solidā, ex oleo et sale (plerumque alcalino) constans, et tam aqua quam spiritu vini solubile.

§. 214.

Paratur partim sola commixtione, partim digestione, trituratione vel coctione.

Sapo amygdalinus, alicantinus, antimonia lis, Starkejanus. Offa Helmontii.


§. 215.

Ad spones etiam referre licebit eam miscelam, quae vnione sulphuris et salis alcalini emergit.

Hepar Sulphuris, Antimonii.



CAP. 34.



## CAP. 34.

### DE FLORIBVS ET SVBLIMATIS.

§. 216.

**S**alvia ista, et praeparata sulphurea pura vel metallo remixta et metallica, quae sublimatione emergunt, nominantur, quando corpus solidum cohaerens constituunt, *Sublimata*. Quando autem in altum forma pulueris, scamarum vel plumarum euhuntur, *Florum nomine* veniunt.


§. 217.

*Flores et sublimata vel sulphurea, vel salina, vel salino-metallica, vel sulphureo-metallica, vel et metallica sunt, quorum magna pars in reliquis capitibus recensita est.*

Flores Benzoës, Succini, Sulphuris, Zinci. Cinnabaris factitia, Antimonii.



CAP. 35.



## CAP. 35.

### DE MAGISTERIIS ET PRAECI- PITATIS.

§. 218.

*M*agisteria et praecipitata puluerem significant, qui ope praecipitationis ex solutione quadam separatur.

§. 219.

Corpus, ex quo magisterium parari debet, soluitur in menstruo congruo, filtratur, et id, quod praecipitandi vim habet, additur. Praecipitatum tum vel citius vel lentius separatur, et vel innatatur vel fundum petit. Liquor filtratur, et praecipitatum, si opus, abluitur, denique siccatur. Contingit interdum quoque, quod nullum additamentum requiratur, sed solutum proprio pondere in fundum se se demergat.

Magnesia alba. Lac Sulphuris. Sulphur Antimonii. Kermes minerale. Mercurius praecipitatus albus. Turpethum minerale.

---

CAP. 36.



## CAP. 36.

### DE CALCIBVS ET CROCIS.

§. 220.

**C**alces et Croci sunt pulueres metallici et minerales, qui vel calcinatione ignea (§. 64.) vel menstruali (ibid.) obtinentur. *Calces* nominatim dicuntur, quando color rem album vel griseum prae se ferunt, *Croci* autem, si rubrum, brunum, luteum e. s. p. Calcinatio ignea fit, tam cum, quam sine additamento.

Mercurius praecipitatus ruber. Antimonium diaphoreticum. Crocus Martis, metallorum. Cerussa. Minium. Calx Stan ni. Aerugo.



## CAP. 37.



## CAP. 37.

## DE REGVLIS.

§. 221.

**R**egulus proprius designat metallum vel semimetallo ab omnibus peregrinis particulis exutum et depuratum, natura vnicore sua metallica instructum. Magna autem pars regulorum in medicina obuiorum particulis adhuc peregrinis commixta est. Hinc et in *puros* et *spurios* diuiduntur, et hi rursus in *simplices*, qui ex vnico metallo constant, et *compositos*, qui ex pluribus.

§. 222.

Obtinentur vel reductione vel praecipitatione per viam sicciam.

Regulus antimonii simplex et medicinalis.



## CAP. 38.

---

## CAP. 38.

### DE VITRIS.

§. 223.

Vitrum est corpus durum, fragile et magis vel minus pellucidum, quod paratur, dum terra quaedam, lapis, calx metallica, cum vel sine additamento quodam, in fluidum corpus redigitur, quod solide scens naturam dictam induit; et raro solubile est.

Vitrum antimonii.



vel  
inis  
ura  
gna  
tio-  
xta  
in-  
ico  
ex

pi-  
ci-

88.

CAP. 28  
DE LA TUR







